Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Liber

Percussaq petra, et exibat
ex ea aqua et bibit plus, sic
fecit moyses, ita coram filiis israel
et vocauit nomen loci illius tem
tacio, quia increpauerunt filios israhel
et q temptauerunt dnm dicentes
Est ne dns in nobis an non, Venit
autem amalech, et pugna
uit cum israel in raphidim. Dixit
q moyses ad iosue, Eligge
viros, et egressus pugna a
malech, cras ego stabo in ver
tice collis, habens virgam dei in
manu mea. Fecit iosue vt
locutus erat ei moyses et pug
nauit cum amalech. Moyses
autem et aaron et hur ascen
derunt super verticem collis. Cumq
leuasset moyses manum, vince
bat israel, sin autem remisisset
superabat amalech. Manus autem
moysi erant graues. Sumentes
igitur lapidem posuerunt subter eum
in quo sedit aaron autem et hur
sustentabant manus eius hinc
et inde. Et fuit ita, vt manus eius non
lassarentur usque ad occasum solis.
Fugauitq iosue amalech et
populum eius in ore gladii. Dixit
autem dns ad moysen, Scribe
hoc ob monimentum in libro, et
trade in aures iosue. Dela
bo enim memoriam amalech sub
celo. Edificauitq moyses al
tare, et vocauit nomen eius dns
exultacio mea dicens, quia
manus solii dni et bellum dei
erit cum amalech a gnia
in gnia. 18m capm

Audiuit autem iethro
sacerdos madian cognatus
moysi, omnia quecumq fecerat dns
moysi et populo suo israel, eo quod
educisset dns israel de egypto
tulit sephoram uxorem moysi quam
remiserat, et duos filios eius,
quorum unus vocabat gersam, di
cens peregrinus fui in terra
aliena, alter vero eliezer, deus
enim patris mei adiutor meus
et eruit me de gladio pharao
nis. Venit ergo iethro cog
natus moysi, et filii eius, et
uxor eius ad moysen in desertum
vbi erat castra metatus iuxta
montem dei et mandauit moysi
dicens, Ego cognatus tuus iethro
venio ad te, et uxor tua
et duo filii eius cum ea. Qui egres
sus in occursum cognati sui adora
uit et osculatus est eum, salu
tauerunt se mutuo, viri pace
sibi. Cumq intrasset tabernacu
lum, narrauit moysen cog
nato suo, quaecumq fecerat deus
pharaoni et egyptiis, propter israel
omnemque laborem qui acciderat
eis in itinere, quos liberauerat
eos dns. Letatusq est iethro
super omnibus bonis, que fecit
dns israel, eo quod eruisset
eum de manu egyptiorum et ait,
Benedictus dns, qui liberauit
vos de manibus egyptiorum et de
manu pharaonis, qui eruit
populum suum de manu egypti. Nunc
cognoui, quia magnus dns super
omnes deos, eo quod superbe age
rent super illos. Obtulit ergo
iethro cognatus moysi holo
caustum et hostias deo, venere
unque aaron et omnes seniores
israel, vt comedant panem cum
eo coram dno. Et
factum est autem
die sedit moyses, vt iudica
ret populum, et assistebat moysi
de mane usque ad vesperum. Cum
autem vidisset cognatus eius omnia